



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 46. Musomum a Cæsaris Exercitu obsessum, captumque.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI  
A. C. 1521.

tuisset, neuter juri suo cedere volebat: Imperator enim Burgundiæ Ducatum, eo quod masculis nullatenus clientelari lege debitus esset, sibi reddi constanter postulavit, contenditque, sibi quoque supremum Flandriæ & Arthesiæ dominium deberi; cum Cæsarea, ut ajebat, Majestate indignum foret, si alterius imperio subjiceretur. Ex adverso Prætor continuo Cæsaris Legato reponerat, quod tres hæc ditiones avelli non possent, quin præcipua Gallicæ Monarchiæ lex penitus everteretur, si vero id fieri tandem valeret, nihilominus tam magna a Cæsare exigi haud possent, nisi Gallia ejus armis penitus profligata. Ob hæc verborum contentiones colloquium effectu caruit, & aliunde ex Cardinalis Volsei consiliis haud obscure colligebatur, non eo illum animo illuc venisse, ut pacem inter contententes ambos Principes procuraret, sed potius, ut Cæsaris partibus sese addicendi obtentum Regi Domino suo suppeditaret.

§. XLVI.

*Musomum a Cæsaris exercitu obsessum, captumque.*

Cum interea Calleti ultro citroque verbis irrito prorsus conatu litigaretur,

retur, Nassoviæ Comes, qui in Buillio- æcul. XVI.  
 nii Ducis ditionibus castra metabatur, A.C. 1521.  
 trajecta Mosa Musomum cinxit. Urbs  
 est in Campania ambitu suo quidem e-  
 xigua Lucemburgum versus Sedanum  
 inter & Stenæum sita, loci tamen op-  
 portunitate valde celebris, ac proficua:  
 Cum vero Montmortius illius Præfe-  
 ctus milite præfidiario destitutus esset,  
 Cæsarei exercitus potentia resistendo  
 impar deditionem facere compelleba-  
 tur. Ipfus ergo cum suo Locumtenen-  
 te Nassoviæ Comitem adiit, hic vero  
 improvida eorum fiducia abusus illos  
 detinuit, donec præfidiarii penitus urbe  
 excessissent, quo facto Cæsarei Auban-  
 tonium, ignobile quoddam oppidum de-  
 prædabantur, ac connivente Comite  
 Nassovienti in omnem licentiam effun-  
 debantur.

## §. XLVII.

*Maceriaca a Cæsareis obsessa, ac  
 liberata.*

Primis hisce victoriarum auspiciis Co-  
 mes animo erectus, Maceriacam  
 quoque exiguo suorum dispendio occu-  
 pare sperabat. Pariter hæc civitas in  
 Campania ad Mosam Sedano & Carolo-  
 pi interjacebat cuidam ferme insulæ  
 imposita, quam annis alluens hinc col-